



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

X. De Martino Bracarensi, & de Martini Papae Concilio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10634**

63. in eodem libro est : *Item ex septima synodo, que est secunda Nicæna 350. Episcoporum. c. 3. In Notis hæc sunt : Citabatur antea ex secunda actione sexta synodi. Restitutus est locus ex Ivone. Et ad verba extremi capitis, Et segregentur, additur : In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est segregetur. Sed plerisque cum vulgata lectione convenit. In canone 31. Apostolorum Græcè sic legitur : Καταπέδω τὴ ἀφοειζέτω, τὴ νοιανούτες ἀπὸ πάντες. Et infra 16. q. 7. c. Si quis Episcopus. ubi hic idem canon ex alia refertur versione, legitur : & segregetur, omnesque qui illi communicant. eodemque modo est apud Anselmum. Verum in versione Anastasij Bibliothecarij legitur quemadmodum apud Gratianum, & convenit cum versione prisca ac Dionysiana. In margine hæc sunt : *Can. Apost. 31. infra 16. q. 7. c. Si quis. Ivo par. 5. c. 110. Ansel. l. 6. c. 8. Burc. l. 3. c. 109. Deus-dedit ibidem. hoc est, parte 1. & 4.] Inscriptio cap. 14. Si quis Episcopus. 16. q. 7. est : Item ex canone Apostolorum 31. Et in Notis scriptum est : De hoc canone notatum est supra dist. 63. c. Omnis electio. in ver. segregetur. ] Et in margine : *Dist. 63. Omnis electio. Deus-dedit p. 1. Bur. l. 3. c. 109. Ivo p. 3. c. 85. & par. 5. c. 119.***

DE MARTINO BRACARENSI,  
& de Martini Papæ Concilio.

*Dialogus decimus.*

**A**. CREDO vos non ignorare, si Gratiani librum ab Antonio Demochare vel ab Antonio Contio editum legistis, in omnibus ferè capitibus quæ habent hanc inscriptionem *Ex Concilio Martini Papæ* additum esse in margine Martini Bracarenfis nomen ex capitulis Græcarum synodorum.

Quod à Demochare factum est, sumitur ex libris Conciliorum; in quibus, post secundum Bracarense Concilium, illa capita sunt Martini Episcopi, qui se ex Orientis Conciliis ea sumere dicit, offensus varia interpretatione eorum. Unde autem singula capita sumantur non adscripsit, quod sciam. Sed ego ea conferens cum Græcis, inveni, paucis exceptis, quæ non in Græcis sed in Latinis Conciliis reperta sunt. Concilium Martini Papæ insigne fuit contra Monothelitas habitum ante sextam synodum; in quo non hi canones editi fuerunt, neque confirmati. Tamen nescio quomodo à collectoribus referri solent ut Martini Papæ in synodo. Sic fit ut à Gratiano Martini Papæ appellentur, & cum Græcis jungantur quasi diversi. Exemplum sumamus à Concilio Nicæno. Nam canones Apostolorum præteritos ab eo esse video. Caput primum (quod in Martini collectione est XXI.) refert Gratianus distin. I V. cap. IX. *a* cum verba Nicæni Concilij interprete Dionysio posuisset cap. VII. Martini refert Ivo *b* in panormia cum hac inscriptione: *Ex Concilio Martini Papæ XXI.* Idem in excerptionibus: *Ex decretis Martini Papæ cap. XXI.* Hoc aliqua ratione defendi potest. Episcopos enim Papas esse aliquando dictos constat, ut de Osio alio die dicebamus. B. Hanc ego erroris originem credo, ut cum aliquis hæc capita Martini Papæ, hoc est, Episcopi, inscripisset, alius Papæ Romani interpretaretur. A. Si

*a* Dis. 55. c. 7.

Si quis à medicis, & cap.

9. Si quis præ agritud.

*b* Ivo lib. 3.

tit. 5. c. 15.

panorm. & par. 6. c. 574. decr.

Vid. infra dial. 2. addit.

2.

præfationem legissent, ab errore discessissent  
facile. Ivo in excerptionibus veriùs Martini  
verba refert quàm Gratianus: *Si quis pro  
ægritudine naturalia à medicis habuerit secta,  
similiter & qui à barbaris aut dominis stultis  
fuerint castrati.* Stulta appellat quæ priùs na-  
turalia. τὰ μωρία. De suo verò addit *existi-  
mans posse à se carnales concupiscentias am-  
putari.* Sententiam Concilij refert Tribu-  
riense Concilium cap. xxxiii. verba Ansel-  
mus *c* & liber Cæsaraugustanus. *d* In Tiliij  
libro desiderantur hæc verba post vocem  
περιστέλλει. ἔν τῷ δεύτῳ μὲν ἐν τῷ τοιούτῳ χριστῷ  
προσάρεσθαι. quæ illis Latinis respondent: *Et  
deinceps nullum debere talium promoveri.* C.  
Quod ex Arabicis referunt caput primum  
Concilij Nicæni, alia de re conscriptum est.  
A. Ita est ut dicis. Sed ego Græcis & Latinis  
scriptoribus magis credendum censeo quàm  
Arabibus vel Armeniis. (1) Caput quartum  
Nicænum ex Dionysij interpretatione refert  
Gratianus distin. lxxiv. cap. 1. & Martini  
caput 11. refert capite vii. ejusdem distin-  
ctionis. *e* Tertia interpretatio est quam re-  
ferunt Ivo *f* & Anselmus *g* & liber Cæsar-  
augustanus, *h* qua utitur Isidorus Mercator  
in Conciliis. ἡ δὲ δύναμις, *potestas sanè vel con-  
firmatio* est Dionysio & Isidoro, *potestas*  
Martino tantùm. (2) Caput nonum ex in-  
terpretatione qua utitur Mercator Isidorus  
refert Gratianus distin. xxci. c. 1 v. *i* Marti-  
ni caput xxiv. inuenies distin. xxiv. extrema.  
*k* Ex Dionysij interpretatione apud Raba-

*c* Ansel. lib.  
7. c. 31.  
*d* Cæs. lib. 4.  
c. 110.

*e* Dist. 64. c.  
1. & 7 Epif-  
copum.  
*f* Ivo par. 5.  
c. 117. decret.  
*g* Ansel. lib.  
6. c. 48.  
*h* Cæs. lib. 3.  
c. 26.

*i* Dist. 81. c.  
4. Si qui.  
*k* Dist. 24. c.  
ult.

banum ca. i. pœnitentium, & apud Burchardum *l*, Ivonem *m*, & Anselmum *n*. Martinus de suo addidit mentionem Diaconorum, item illa, *aut post ordinationem ab aliis sunt detecti*. & postea: *Similiter verò & de universo ordine Clericorum servetur*. Apud Gratianum *defendit pro defendat* scribendum est.

(3) Caput xvii. (quod aliis est x i i x.) contra usuras accipientes, ex Dionysij interpretatione Gratianus refert distin. xlvii. cap. ii. o ex Isidori Conciliis causa xiv. quæst. iv. cap. iix. ex Martini cap. lxii. refert capite iv. ejusd. quæstionis *p*. Dionysium sequuntur Rabanus cap. xxxi i. pœniten. & Burchardus *q* & Ivor & Anselmus *f* & liber Cæsaraugustanus *t*. Addit Martinus *oblitus timorem Domini & per diversas species vini vel frugis vel cujuslibet rei, emendo, vel vendendo, aliqua incrementa suscepit*. Omisit *ἡμολίας*, quas Dionysius *fescupla* dixit. Apud Isidorum est: *vel etiam species frumentorum ad fescuplum dare*. Apud Gratianum dicto cap. iv. *scribe turpe lucrum quæsierit*, ut est in Conciliis, *pro turpis lucri quæsierit*. (4) Caput x. Concilij Ancyranus videtur Gratianus ex Isidori interpretatione retulisse distin. xxix. cap. iix. Martini verò caput xxxix. retulit dist. xxvi i. capite primo *u*. Et quantum Martinus à Græcis verbis discessit, tantum Gratianus ab utriusque capitis interpretatione. C. Magnam varietatem narras. B. Ego in mea sententia persevero, nihil esse hac Gratiani collectione opus, sed ut alia

l Burch. lib.  
2. c. 13.  
m Ivo par. 6.  
c. 33. dec.  
n Ans. lib. 8.  
c. 13.

o Dist. 47. 6.  
2. Quoniam

p 14. q. 4. e.  
8. Quoniam.  
c. 4. Si qui.  
q Burch. lib.  
2. c. 120.  
r Ivo par. 6.  
c. 196. & par.  
13. c. 8. decr.  
f Ans. lib. 7.  
c. 153. in ad-  
dit.  
t Cæs. lib. 8.  
c. 77.

u Dist. 28. c.  
8. Diaconi.  
& dist. 27.  
c. 1.

collectio ex ipsis fontibus hauriatur. A. De his posterius agemus. Nunc vobis proponam illius canonis Ancyrani sententiam, quam rectè Gratianus refert dicto capite 119. & Ivo in panormia x ex interpretatione Dionysij: *Diaconi si, cum ordinabantur, contestati sunt se velle uxores ducere & duxerint, manent in suo ministerio. si tacuerint, & duxerint, deponantur.* C. Quid Martinus ait? A. Lege Gratiani verba, & Martini & Gratiani varietatem cognosces. C. *Quòd autem unius uxoris vir Episcopus jubetur eligi, queritur an de tempore ordinationis hoc sit accipiendum; an tempore sue administrationis, ejus possit copula fungi quam unicam & virginem sibi desponsavit. Hoc Martinus Papa prohibet dicens: Diaconus qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit se in castitate non posse manere, hic non ordinetur.* A. Illud Concilium dixit, potuisse uxorem ducere post ordinationem. Martinus ait: *hic non ordinetur.* C. *Quòd si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desideraverit, sit alienus à ministerio, & vacet à clero.* A. Martini verba refert Ivo in panormia ut Martini Papæ, & in exceptionibus ex decretis Martini Papæ cap. xli. Recita nunc Gratiani verba. C. *Hac auctoritate datur intelligi quòd illi qui uxores habent vel accipere volunt, nec Diaconi nec Sacerdotes fieri possunt, nisi continentiam profiteantur. Si verò Diaconus à ministerio cessare voluerit, contracto matrimonio licitè potest uti.* Nam et si

x Ivo lib. 3.  
tit. 8 c. 4. panorm.  
nor.

Ivo d. tit. 8.  
c. 14. panorm.  
& par. 6. c.  
376. decr.

*in ordinatione sua castitatis votum obtulit, tamen tanta est vis in sacramento conjugij quod nec ex violatione voti potest dissolvi ipsum conjugium.* B. O interpretem optimum, qui sententiam Martini pervertit! C. Cur Martinus ab archetypo discessit? A. Cùm in Occidente esset, noluit Orientis licentiam imitari. C. Cur de Diacono, & non de Hypodiacono, canon conceptus est? Nam si Hypodiaconus sine contestatione ordinatus est, non debet audiri si in Diaconi ordinatione contestetur. Æquè enim ducere uxores prohibitum est utrisque. A. Non dubito quin ea contestatio ante Hypodiaconi ordinationem sit necessaria, ac licèt durum videatur, canon ita intelligi debeat ut in utraque ordinatione contestetur. Aut dicendum est, illis temporibus Hypodiaconis, non Diaconis, licuisse nuptias contrahere. Quod verò Gratianus ait de copula & usu matrimonij jam contracti agi, contra Græca & Latina verba est. De Subdiaconis ita scribit y: *Porro in sequenti videtur permitti auctoritate Subdiaconis, cùm de Diaconis specialiter precipitur ut sine probatione castitatis non ordinentur. Hoc idem in Ancyritana synodo videtur esse permissum, in qua sic statutum est: Diaconi & c.* B. Vox probatione non placet. A. Scribe professione. (s) Caput xv. ejusdem Concilij Ancyrani ex interpretatione quæ exstat apud Isidorum Mercatorem refert Gratianus causa XII. quæst. II. cap. XLII. 2 & Martini caput XVII. refert dist. I. cap. XXII. a Sed ut

y Dist. 28. c.  
7. Præterea  
p. 1.

212. q. 2. c.  
42. Si qua.  
a 50. dist. c.  
22. Si quis,

H

b *Anf. lib. 6.*  
c. 161.  
c *Cæs. lib. 7.*  
c. 71.

d *Cæs. lib. 7.*  
c. 79.  
e *Burch. lib.*  
3. c. 179.

f *Dist. 50. c.*  
42. Eos. & c.  
44. Si quis.

g *Burch. lib.*  
6. cap. 15.  
h *Ivo par 10.*  
c. 25. & 144.  
decr.  
i *Anf. lib. 11.*  
c. 47.

k 26. q. 5. c.  
2. & 3. p. Si  
quis.

verum fatear, non videtur Martinus ad illud caput respexisse. ita inter se diversa sunt. Iisdem sequuntur Anselmus *b* & liber Cæsaraugustanus *c*. Ivo Martini verba refert parte III. cap. CLXXIII. cum hac inscriptione: *Ex Concilio Martini Papæ cap. XVI.* At ex Concilio Bracarenfi liber Cæsaraugustanus *d*, & paucis immutatis Burchardus & Ivo capit. CCXL. dictæ partis tertiæ. Apud Gratianum dicto cap. XLII. in illis verbis (*Si qua de rebus Ecclesie, cum Episcopus non adest &c.*) non est scribendum. nam *ἄνευ ἐπισκοπῆς* Græcè est. (6) Caput XXIII. (quod Latinis XXII. est) ejusdem Concilij Ancyranij, quasi ex Concilio Neocæsariensi refert Gratianus dist. L. cap. XLII. ex Isidori collectione. Martini verò cap. LXXIX. refert capite XLV. ejusdem distinctionis *f*. Illud refert Concilium Triburiense cap. LII. & Rabanus cap. xv. pœnitentium, & Burchardus *g* & Ivo *h* & Anselmus *i*, sed ex alia interpretatione Dionysij Exigui, ut existimo. Martini verba refert Ivo parte x. cap. XXXII. cum hac inscriptione: *Ex Concilio Martini Episcopi. B. Si Ex collectione pro Ex Concilio scripsisset, rectè dixisse crederetur.* (7) Caput. XXIV. Græcis, XXXIII. Latinis. Gratianus refert causa XXVI. quæstione cap. II. ex Dionysij interpretatione, & Martini cap. LXXI. capite tertio ejusdem quæstionis *k*. Mendosè apud Gratianum legitur *Ex Concilio Ancyrano cap. XXXIII.* Refert illud caput Leo IV. in epistula ad Episcopos

Brita  
xv.  
alior  
niter  
runt  
lio B  
Iaqu  
tes. I  
Qui  
lium  
quis a  
divine  
duxe  
sive s  
dum n  
Conci  
ra Isid  
i è ra  
expian  
Burch  
lum f  
vel luj  
in exq  
domos  
Latinis  
xæis  
commu  
regula  
Id Mar  
gant.  
enim ja  
nium p  
gradus



Britanniæ, & Concilium Trofleianum cap. xv. & Rabanus l & Capitulare Caroli & aliorum m & Burchardus n & Ivo o & Pœnitentiale Romanum p. Martini verba referunt Burchardus q & Ivo r quasi ex Concilio Bracarenfi. In Tiliano libro sic est: οἱ κατὰ λαμπεύμενοι καὶ τῆ συνιδέαις τῆς χερίων ἑξακοσθουῶτες. In veteri libro, τῶ ἐθνῶν κατὰ κοσθουῶτες. Qui divinationes expetunt, & morem gentiliū subsequuntur, Gratianus & ceteri. Si quis autem paganorum consuetudinem sequens, divinos aut sortilegos in domum suam introduxerit, Martinus. Qui auguria vel auspicia sive somnia vel divinationes quaslibet secundum morem gentiliū observant, Isidorus in Conciliis. Sortilegos Martinus addidit, plura Isidorianus interpres. ἕντι ἀνευρέσι φαρμακειῶν ἢ ἐ κατὰ πόρ. exquirendi aliquid arte magica aut expiandi causa, Gratianus. arte malefica, Burchardus pro magica. & alij, quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, vel lustrationes paganorum faciant. Martinus in exquirendis aliquibus arte malefica, aut domos lustrant. Isidorus. Illa omiffa sunt à Latinis: τεῖα ἐτι ἰσποπτώσεως, καὶ δύο ἐτι εὐχῆς χεῖς πεσορεῖς. Ut annos tres jaceant, duos communicent in oratione sine oblatione. C. sub regula quinquennij jaceant habet Gratianus. Id Martinus interpretatur, pœnitentiam agant. A. Itidem Isidorus non malè. Illud enim jacere duplex est, alterum generale omnium pœnitentium, alterum speciem notat gradus pœnitentiæ. Alij enim ante fores e-

l Raban. c.  
23. pœnitent.  
m Cap. lib. 7.  
c. 21. in ad-  
dit. 1.  
n Burch. lib.  
10. c. 5.  
o Ivo lib. 8.  
tit. 5. c. 2. pa-  
norm. & par.  
11. c. 2. decr.  
p Pan. tit. 6.  
c. 1.  
q Burch. lib.  
10. c. 6.  
r Ivo d. par.  
11. c. 34.

rant, alij intra fores, sed cum catechumenis exhibant. Alij manebant jacentes, alij erecti, sed neque offerebant, neque communionis sacræ erant participes. Sed de his hæc hucus. (8.)

## A D D I T I O N E S.

(1) **D**ISTIN. 55. capitis 7. *Si quis à medicis* inscriptio est in Romano libro: *Vnde in Nicæno Concilio cap. 1. legitur. In margine hæc sunt: In Tribur. ibid. (hoc est, c. 33.) Ansel. l. 7. c. 36. Poly. ibid. (hoc est, l. 2. ti. 31.) In Notis est: [deinceps] His verbis nihil respondet in Græco vulgari codice: sed optimè apud Balsamonem, quemadmodum & in Carthaginensi 6. in capitulis Nicænae synodi à Teilone & Thearisto versis. Capitis noni inscriptio est: Item ex Martino Bracharensi Episcopo in capitulis synod. Græc. c. 21. *Si quis pro agrituaine natura à medicis secta habuerit, similiter & qui à barbaris aut dominis suis fuerint castrati &c. existimant posse à se carnales concupiscentias amputare &c.* In margine hæc sunt: Ivo p. 6. c. 374. Pann. l. 3. c. 5.*

(2) Antè caput 1. distin. 64. in eodem libro hæc verba sunt: *A quibus ordinentur Episcopi, in Nicæno primo Concilio definitum est, in quo sic legitur cap. 4. Episcopi ab omnibus &c. Et in margine: In Concilio Nicæno 2. c. 3. Ansel. l. 6. c. 4. & 54. Ivo p. 5. c. 117. Burc. l. 1. c. 27. concordat. Inscriptio cap. 7. c. dist. hæc est: Item ex Concilio Martini Papa. Episcopi oportet &c. Et in margine: In capitulis Martini Bracharensis c. 4. ex Conc. Nic. c. 4.*

(3) Inscriptio capitis quarti distin. 81. in Romano editione est: Item ex Concilio Nicæno c. 9. *Si quis fuerit in examinatione &c. In margine hæc sunt: Rab. lib. p. c. 1. Burc. l. 2. c. 13. Ivo par. 6. c. 33. Ansel. l. 8. c. 117. supra dist. 24. c. ult. In fine est: Sancta defendit Ecclesia. & in margine: Sancta] Al. catholica. sic*

DIALOGUS DECIMUS. 117

epi. 1. Cali. 1. Inscriptio cap. ult. dist. 24. est: De his ita legitur in Concilio Martini Papæ. Si quis Presbyter aut Diaconus &c. Et in margine: Apud Martinum Bracaren. c. 24. Facit ad hoc c. epist. 5. Zacharia ad Bonifacium Episcopum. & 15. q. 8. Si quis Presbyter. ] Ans. l. 8. c. 13. Et in Notis: Confessi sunt] In originali est: confessi non sunt, & post ordinationem &c. Verum in Concilio Nicano c. 9. (unde hoc caput videtur sumptum) habetur sine negatione, quemadmodum hic: & infra dist. 81. c. Si quis sine. Scribe, si qui sine. In extremo hoc capite est: Sancta catholica defendit Ecclesia. Capitis 4. Si quis Presbyter. 15. q. 8. inscriptio est: Item ex Concilio Martini Papæ c. 35. Et in margine: In capitul. Martini Brachar. (adde, cap. 25.) ex Concil. Neocaslar. c. 9. & 10. Burc. l. 2. c. 48. Ivo p. 6. c. 149. Pann. l. 3. c. 150.

(4) Capitis secundi distin. 47. in eodem libro inscriptio hæc est: Item ex Concilio Nicano c. 17. Quoniam multi &c. Et in margine: Infra 14. q. 4. c. 8. ex alia versione. Poly. l. 4. ti. 31. Rab. l. pæn. c. 32. Burc. l. 2. c. 129. Ans. l. 7. c. 153. Ivo p. 6. c. 196. & par. 13. c. 8. Ad illa verba, aut ex adinventione, additur: Redundat ista particula aut. & pro sescupla est in margine: Al. sesquipla. Et in Notis hæc sunt: Sescupla] Hoc sesquialterarum usurarum genus, quamvis gravissimum, in frugibus humidis vel arentibus Constantinus lege permiserat, qua nunc extat in Codice Theodosiano l. 2. tit. ult. de usur. l. 1. Eodem pertinet quod scribit B. Hieronymus in commentariis in Ezechielem l. 6. c. 18. his verbis: Solent in agris &c. ut hyemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam &c. Postea verò in aliis Conciliis & à Romanis Pontificibus genus omne usurarum, tanquam juri naturali ac divino contrarium, tam Clericis quam laicis fuit interdictum; quemadmodum apparet in Decretalibus, titulo de usuris. Inscriptio cap. 4. cau. 14. q. 4. hæc est: Item ex Concilio Martini Papæ c. 62. Si quis oblitus timorem Domini &c. Et in margine: In capitulis Martini Brachar. Et in Notis: Magni Concilij] Sic loquitur Martinus Bracharensis, quoniam hanc sen-

tentiam accipit ex capite 17. Concilij Nicani, quod citatur infra ead. c. Quoniam. Et in duobus vetustis Gratiani exemplaribus, post hoc continuo illud subiungitur. ] Editum quoque est: turpe lucrum quaeserit. Inscriptio cap. 8. Quoniam multi. ead. quaest. haec est. Item ex Nicano Concilio c. 17. Et in margine: Et in Aquisgran. c. 40. dist. 47. Quoniam multi. Burchard. 2. c. 12. Ivo p. 13. c. 8. Et in Notis: Supra dist. 47. hic idem canon affertur ex versione Dionysij, qui non ex prisca, qua est in collectione Isidori.

(5) Gratiani verba sunt in eodem libro ante cap. 8. Diaconi. distin. 28. Videtur permitti Subdiaconis, cum de Diaconis specialiter praecipitur ut sine probatione castitatis non ordinentur. Hoc idem in Ancyrana synodo videtur esse permissum, in qua c. 10. (al. 9.) sic statutum est. Diaconi quicumque cum ordinantur, in ipsa ordinatione protestati sunt &c. In margine est Pann. l. 3. c. 87. Poly. l. 4. tit. 31. Distin. 27. in prima haec verba sunt: Quod autem unius uxoris vir Episcopus esse iubetur, quaeritur an de tempore ordinationis hoc sit accipiendum, ut tempore sua administrationis ejus possit copula fungi quam unicam & virginem desponsavit. Hoc Martinus Papa prohibet dicens: Diaconus qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendi matrimonio, & dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur &c. Et in margine: Apud Martinum Bracarensem c. 39. Distin. 28. Diaconi. l. 6. c. 376. Pann. l. 3. c. 97. Et postea: Hac auctoritate datur intelligi quod illi qui uxores habent vel accipere volunt, nec Diaconi nec Sacerdotes fieri possunt nisi continentiam profiteantur. Si vero Diaconus a ministerio cessare voluerit, & contracto matrimonio licite potest uti. Nam etsi in ordinatione sua castitatis votum obtulerit, tamen tanta est vis in sacramento conjugij quod nec ex violatione voti potest dissolvi ipsius conjugium. His miror nihil addidisse selectos viros.

(6) Inscriptio cap. 42. cau. 12. q. 2. in Romano libro est: Item ex synodo Ancyrana c. 15. Si quis de rebus Ecclesiae, cum Episcopus non est &c. In margine: Ans. l. 6. c. 162. Et in Notis: Reddi. ] Sic in quibusdam exemplaribus priscae versionis, In aliis vero

est, reddidisse. Græcè legitur, ἵνα ὁ πλεονάζων πάλιν εἰσο-  
δοὶ τῶν πεπραγμένων ἀποδοθῆναι αὐτῶν τῶν πλείονα  
πλὴν πλῆ. id est, propterea quòd sæpe rerum vendi-  
tarum reditus majus pretium his ipsis reddiderit. *Sed*  
*ob glossam non est mutatum.* Inscriptio cap. 22. dist.  
50. est hæc: *Item ex Concilio Martini Papa c. 17. Si*  
*quis Presbyter aut Diaconus inventus fuerit &c.* In  
margine est: *Apud Martinum Bracarensem. Burc. l.*  
*3. c. 179. ex Bracarenfi. Ivo par. 3. c. 173. ex Martino,*  
*& 240. ex Bracarenfi. In Notis: Diaconus] Seque-*  
*batur, aut Subdiaconus. quæ duæ dictiones expunctæ*  
*sunt, quia neque apud Martinum aut Burchardum*  
*aut Ivonem neque in antiquis Gratiani codicibus ha-*  
*bentur.*

(7) Dist. 50. capituli 42. Eos verò. in eodem li-  
bro inscriptio est: *Item ex Concilio Ancyrano c. 22.*  
*par. Eos verò.* Et in margine hæc sunt: *Ex prisca ver-*  
*sione. & Tribur. c. 52. Polyc. l. 6. tit. 10. Burc. l. 6.*  
*c. 15. Ivo p. 10. c. 25. & 144.* Et in Notis: *Hæc ve-*  
*rò] Græcè est: ὁ ἵδεν τερος τῶν πεπραγμένων πλεονάζων.*  
*id est. Secunda verò quinquennij tempus exple-*  
*bit. Atque ita ferè Burchardus & Ivo ex Dionysij ver-*  
*sione, & infra ead. c. Si quis voluntate. ( scribe,*  
*voluntariè ) Cap. 44. inscriptio est: Item ex capitulis*  
*Martini Bracarenfis Episcopi c. 78. Si quis volunta-*  
*riè homicidium fecerit &c.* Et in margine: *Ivo p. 10.*  
*c. 39.*

(8) In eodem libro inscriptio cap. 2. cau. 26. q.  
5. hæc est: *Item ex Concilio Ancyrano c. 23. al. 24.*  
*Qui divinationes expetunt, & morem gentilium sub-*  
*sequuntur &c.* In margine hæc sunt: *Raban. in pœ-*  
*nit. c. 23. & in Conc. Paris. li. 3. c. 1. Poly. ibid. (hoc*  
*est, l. 6. tit. 12. ) Burc. l. 10. c. 5. Ivo p. 11. c. 2. Pan.*  
*l. 8. c. 62.* Et in Notis: *Gentilium] In Græco impresso*  
*est ἑθνη. Sed in vetusto Vaticano & apud Balsamo-*  
*nem ἐθνω. Exquirendi] Græcè est, ὅτι ἀνευρέσθαι φαρ-*  
*μακείων. id est, ad invenienda medicamenta. Capituli*  
*tertij Non liceat. inscriptio est: Item ex Concilio Mar-*  
*tini Papa [ Id est, ex capi. Martini Bracharenfis cap.*  
*72. ( Desideratur hæc nota. ) Et in margine: Burch.*  
*lib. 10. cap. 3. Ivo p. 11. cap. 40. Et vers. Nec ex*  
H iij

collectionibus est in margine: *Ibid.* cap. 74. *Burc.* l. 10. c. 20. *Ivo* p. 11. c. 47. Et vers. *Si quis autem*, est in margine: *Ibid.* c. 71. *Burc.* l. 10. c. 6. *Ivo* p. 11. c. 34. Et vers. *Mulieribus* est in margine: *Ibid.* c. 75. *Burc.* l. 10. c. 19. *Ivo* p. 8 c. 330. & p. 11. c. 46.

## DE EADEM RE.

*Dialogus undecimus.*

**C**. ANTEQUAM aggrediare quæ reliqua sunt, scire cupio cur Græca Latinis præferenda sint, cum Græcos constet hæreticos fuisse permultos & hostes Latinorum, multaque finxisse & mutasse. **A.** Omniã Græca tibi videntur esse rejicienda. Ergo neque sacros libros cum LXX. editione conferamus, aut cum aliis interpretibus veteris aut novi testamenti, neque aliquem sanctorum patrum Orientis librum legamus. Frustra nobis Dionysius Areopagita, Athanasius, Gregorij tres, Basilius, Joannes Chrysostronus, & tam multi alij scripserunt. Frustra tot philosophi, medici, historici, si omnia tibi suspecta sunt. **C.** Non omnia dico rejicienda Græcè scripta. Sed quæro cur Latinis præferri oporteat? **A.** Si non omnes uno ordine habes Achivos, invenies in eorum scriptis qui ista detestentur hæreticorum facinora, qui detegant eorum flagitia. Itaque licet tibi cetera sincera esse credere. Quod si non omnia Græci notant, at Latini habent quædam suspecta. Ab his abstine.